

(a) L. 41, tit. 4, lib. 4 del F. R.—L. 42, tit. 49, lib. 8 de las OO. RR.—L. 2 de este título y Partida.—Títulos 11 y 13, lib. 12 de la N. R.

(b) Respecto á la esclavitud puede verse nuestra nota 1.ª á la L. 6, tit. 4, P. 6.

(c) No solamente se hallan anticuadas y en desuso las penas que establece esta ley, sino que actualmente se hallan expresamente derogadas por el art. 494 del Código de 1848.

Debemos advertir que la fuerza por sí sola no es otra cosa que una circunstancia agravante del delito que con violencia se comete. Véanse los números 14, 22 y 23 del art. 10 del Código.—Segun los casos podrán ser aplicables los tres primeros títulos del lib. 2.º del Código penal, los capítulos 5 y 6, tit. 13, y cap. 4, tit. 14, del mismo libro y Código.

LEX VIII.—Pœna vis armata est insulam deportatio: et in istius deportati bonis succedent ascendentes vel descendentes usque ad tertium gradum; qui si non existant, applicentur Regis camera, salva uxoris dote, et aris, debitis usque ad sententiam deportationis contractis. Et hac pœna afficiuntur congregantes gentes, et cum eis scienter ad vim inferendam venientes. Et si ex hoc aliquis ex quacumque parte moriatur, dux congregationis morietur. Et si servus de vi armata convicietur siquidem sine domini mandato vel scientia, occiditur, si cum mandato vel scientia, in opus Regis damnatur, et dominus perdit officium, et diffamabitur, nisi Rex ei indulserit, famam restituendo: sed si dominus est vilis, et similia mandare consuetus, perinde deportabitur, ac si vim fecisset. Hoc dicit.

(1) *Todo ome.* An mulier dicatur vim inferre cum armis? Vide Angelum Aretin. in tract. *malefic.* in parte *dictus Andreas armatus*, qui allegat Bald. Angel. et Imol. in l. *si constante*, §. fin. per illum textum cum glossa, D. *solut. matrim.* quod sic.

(2) *Ser desterrado.* Hec est deportatio, de qua in §. *item lex Julia, de vi publ. Instituit. de pub. jud.* et per Gloss. in l. *qui dolo*, §. fin. D. eod. et in l. 5. D. *ad leg. Jul. peculat.* et cum ista pœna deportationis non sit in usu, prout dixi l. 6. tit. 7. supra ead. *Partit.* et dicit etiam Angelus in l. 5. §. *legis Cornelie*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* erit hodie ista pœna arbitraria.

(3) *Tercero grado.* In authent. *bona damnatorum*, est littera, et *ex latere usque ad tertium gradum*, et Baldus in l. 2. C. *qui testam. fac. poss.* vers. *item scias*, dicit, quod illa est vera littera, licet Jacob. de Bellovisio dicat in corpore unde sumitur, quod illa littera cum dicit, *ex latere*, est falsa: tu nota, quod dicitur Jacob. de Bellovisio videtur approbare ista lex, et l. 5. tit. 51. ad finem legis, ead. *Part.* ubi Angelus similiter dicit, quod Baldus post Jacob. Butr. et Cynum; et dicit ita fuisse consultum Veronæ: tene ergo menti istas II. Partitarum.

(4) *Todos los bienes.* Publicatio ista honorum veniebat in consequentiam deportationis, l. 1. et 2. C. *de bon. præscript.* et dicit Joan. Fab. in dict. §. *item lex Julia de vi*, et Salic. in l. fin. C. eod. unde cum hodie non imponatur pœna deportationis, ut dixi in gloss. 1. cessabit ista publicatio honorum.

(5) *Que vienen con ellos.* Plenius hoc declaratur hic, sed satis comprehensum est in dict. §. *item lex Julia*, et in 5. D. eod.

(6) *Morir por ende.* Concordat cum l. *quoniam multa facinora*, C. *ad leg. Jul. de vi publica.*

(7) *Estonce el forçador.* Concordat cum lege 1 in princ. D. *ad leg. Jul. de vi privata*, et dict. §. *item lex Julia, de vi, Instituit. de pub. judic.* et videtur velle ista lex, tunc quem puniri ista pœna, de qua hic, quando incipit in aliquem de casibus, de quibus supra dixit, in quibus committitur vis publica cum armis, vel ubi est expressum, quod teneatur pœna legis Julie *de vi privata*, ut D. et C. *ad leg. Jul. de vi privata*. Pro alijs autem casibus in quibus committitur vis in rebus erit pœna arbitraria, ut probari videtur in l. 5. tit. 8. *Partit.* 5. et infra eod. l. 11. in fin.

(8) *Deue perder la tierra.* De jura communi pro vi privata etiam imponitur pœna relegationis ad tempus, ut probatur in l. 2. D. *de termin. motu*, et in l. *quoniam*, ubi Glossa super parte *relegatione*, C. *ad leg. Jul. de vi public.* et tenet Azon. C. eodem in summa.

(9) *Sieruo el que fizo la fuerza con armas.* Pondera istam legem cum dicit, *con armas*, nam videtur sequi dicta Azon. C. eod. in sum-

ma, cum dicit, ponens pœnam legis Julie *de vi publica*, est hujus pœna, in liberos deportatio, servi verò occiduntur, si inscio domino vim commiserint; si autem eo jubente, damnantur in metallum, ut infra eod. l. *servos*, et cum Azon. declarat pœnam servi in hoc delinquentis, de qua in dict. l. *servos*, intelligit, quando fecit violentiam cum armis; et ita disponit ista lex Partitarum. Albericus tamen in dict. l. *servos*, intelligit illam legem in servo committente vim sine armis, ex eo, quia alias non imponeret ille lex ita modicam pœnam in domino mandante; de mente etiam Saliceti in 5. notab. est, quod illa lex intelligatur in vi publica et privata, et lex illa loquitur indistinctè, et est sub tit. *ad leg. Jul. de vi public. et privat.* simul neque obstat motivum Alberici, cum ex eo vult, quod illa lex intelligatur de vi privata tantum, quia modicam pœnam domino imponit quia non ex hoc vult illa lex, quod major pœna domino non possit imponi, imò bene poterit major imponi, ut vult Salicetus ibi 4. notab. vel dic, quod non repugnet. quod tali casu minor pœna imponatur honesto viro, cum careat servo et infametur; tu ergo tene menti istam legem Partitarum intelligentem dictam l. *servos* in vi publica, seu cum armis commissa per servum, pro t. Azon. intelligit. Si ergo vis privata committatur à servo, mitius punietur.

(10) *A las laoures del Rey.* Adde dict. l. *servos*, et nota hoc ad occidentem aliquem metu tyranni, quod licet non excusetur, tamen pœna mitigetur, ut morti non tradatur, secundum Bald. et Salic. in dict. l. *servos*.

(11) *Si el señor fuesse vil persona.* Sequitur intellectum Glossæ in parte *infames*, in dict. l. *servos*, ut ille versiculus referatur ad personas dominorum mandantium servis.

(12) *Que ouiesse vsado.* Nota delictum iteratum plus puniri; vide Gloss. Bald. et Salicet. in dict. l. *servos*.

(13) *Tambien como si el mesmo.* Nota ergo hic casum, in quo mitius punitur mandator, quam faciens, scilicet in domino honestiori mandante servis vim committere; tunc enim punitur eadem pœna, quando esse vilis, vel consuetus talia mandare; non alias: regulariter tamen est contrarium imò eadem pœna punitur, ut in l. *non solum*, §. *si mandato*, D. *de injur.* et infra eod. l. 9. ibi: *o los que dieren ayuda e consejo*, et per Salic. in l. *non ideo minus*, C. *de accusat.* quæ autem sit ratio specialitatis in isto casu, tu cogita, quia ad præsens tantum illam sentio, quam supra tetigi, videlicet, quia dominus hic caret servo, damnatur enim in metallum, et quia ipse servus faciens jussu domini, punitur, non pœna ordinaria sed mitius, ut et tradit Glossa in l. *servus*, D. *de action. et obligat.* et fortè ex bona ratione, et æquitate limitanda esset ista lex, quando vis esset adhibita circa non graviora, nam secus si circa atrociora, vel in magnis rebus, argumento dict. l. *quoniam multa facinora*. C. eod. et quæ tradit Bart. in dict. §. *si mandato*, et argumento l. fin. §. *qui data*, D. *de incend. ruin. naufrag.* et l. *Pedius*, §. *Divus*, D. eod. l. *capitalium*, §. *incendiarii*, D. *de pœnis*.

LEY IX.—Que pena merecen los que con armas, e con ayuntamiento de omes armados, ponen fuego en casas, o en miesses agenas, tambien ellas, como los que vienen en su ayuda; e los otros que lo acendiesen por ocasion, o de otra manera (a).

Ayuntados seyendo algunos omes para fazer fuerça con armas (1), si pusiessen fuego, o lo mandassen poner, para quemar casas, o otro edificio, o miesses (2) de otro; si el que esto fiziere fuere fijoalgo (3), o ome honrrado, deve ser desterrado para siempre por ende; e si fuere ome de menor guisa, o vil, e fuere y fallado en aquel lugar; de mientras que anduviere encendido el fuego quel puso, deve luego ser echado en el, e quemado. E si por aventura non fuesse y luego preso, quando quier que lo fallaren despues, mandamos que lo quemem (4) (b). Pero si el fuego se encendiesse por ocasion (5), e non por culpa de otri, nin de los fazedores, estonce non serian tenudos de pechar el daño que el fuego fiziesse (c). E si por aventura el fuego non fuesse puesto maliciosamente, mas fiziesse daño por culpa de alguno, como si fiziesse viento (6), e lo acendiesse en tal

lugar, que por la fuerça del viento se acendiesse alguna casa, o miesses, o otra cosa, en que fiziesse daño; aquel que lo encendio en aquel lugar, o lo mando encender, es tenuto de pechar todo el daño (7) que fizo el fuego, que vino por su culpa, non poniendo y la guarda que deuiera poner, o acendiendolo en tiempo ventoso (d). E tan solamente deuen recibir los fazedores de la fuerça, o los que dieren ayuda, o consejo, la pena que es sobredicha en la ley ante desta (e); mas aun demas deso, deuen pechar todos los daños, e menoscabos (8) que vinieron por su culpa en los bienes que se perdieron, de aquellos a quien fizieron la fuerça. E maguer aquellos que assi fueron forçados, non puedan prouar todas las cosas que perdieron, solamente que la fuerça sea manifesta, o que la prouen, abundales para averiguar todo quanto juraren (9) que perdieron por razon della. Todavía aueriguandolo, e estimandolo primeramente, el Judgador segun su aluedrio, catando que omes eran, e que riquezas auian aquellos que recibieron la fuerça. E despues que el Judgador lo ouiere estimado derechamente segun su aluedrio, e ellos ouieren jurado quanto fue lo que perdieron, deuengelo fazer cobrar de los bienes de los fazedores (f).

(a) L. 4, tit. 2, lib. 8 del F. J.—L. 41, tit. 5, lib. 4 del F. R.—L. 5, tit. 15, lib. 12 de la N. R.

(b) Derogadas por el art. 494 del Código penal de 1848 todas las leyes penales anteriores á la promulgacion del mismo, deberá observarse solamente lo que respecto á incendios y otros estragos se dispone en el cap. 7, tit. 14, lib. 2 del Código. Véase el artículo 466 del mismo.

(c) De los casos meramente fortuitos nadie puede responder.

(d) La reparacion del daño causado y la indemnizacion de perjuicios son muy justas; y á veces podrá tener aplicacion lo dispuesto en el tit. 15, lib. 2 del Código penal acerca de la imprudencia temeraria.

(e) Hoy no pueden imponerse en casos de incendio otras penas que las prevenidas en el cap. 7, tit. 14, lib. 2 del Código, teniéndose presente lo dispuesto en la seccion 4, cap. 4, tit. 3, del mismo libro, acerca de la diferencia con que deben ser castigados los autores, los cómplices y los encubridores de los delitos.

(f) Véase lo que dispone el tit. 4, lib. 1 del Código acerca de la responsabilidad civil.

LEX IX.— Apponens, aut apponi faciens cum armis ædificio, vel messibus ignem, si est generosus, vel alius honoratus, exulavit perpetuo; si autem est conditione minor, et ibi repertus, projiciatur in incendium; alibi verò captus comburatur: si tamen casu, et non culpa accidat incendium, non tenetur ad damni æstimationem. Item si non malitiosè apponatur ignis, sed culpa, tantum tenetur ad damnum. Item ignem malitiosè apponentes, non solum tenentur ad pœnam supra positam, sed probata violentia super rebus perditis admittitur actor ad jurandum. Hoc dicit.

(1) *Para fazer fuerça con armas.* Maximè intelligerem, nam incendiarius etiam sine tali coadunatione hominum armatorum ista pœna puniretur, si dolosè faciat incendium, vel dic, ut in sequenti glossa.

(2) *Para quemar casas, o otro edificio, o miesses.* Non distinguit ista lex, an incendium fiat in civitate, vel castro, vel extra mœnia civitatum, vel castrorum in alijs locis, prout Doctores communiter distinguunt in l. *data opera*, C. *qui accusare non possunt*, per textum in l. fin. D. *de incend. ruin. naufrag.* et in l. *capitalium*, §. *incendiarii*, D. *de pœnis*, unde fortè potest dici, quod hoc sit ex eo, quod tale incendium sit cum violentia; et cum armis, ut tunc in hoc non fiat

aliqua distinctio circa hoc; si tamen incendium fiat sine vi armata, tunc adhibetur dicta distinctio, videlicet, quod si incendium fiat dolo, et in civitate vel oppido, et delinquens sit vilis persona, et domus fuit incensa, vel aliquod ædificium, vel aliquis porticus positus juxta ædificium, et quod incendium sit magnum, tunc incendiarius debet comburi, l. *qui ædes*, D. *de incendio, ruin. naufrag.* et est ratio secundum Baldum in dict. l. *data opera*, in princip. quia incendium ignis in civitate mortem multis præparat, et hoc nisi delinquens sit in aliquo gradu constitutus, quia tunc decapitatur: unde viles personæ, vel infames comburuntur, vel furca suspenduntur, nobiles verò et Barones decapitantur, secundum Bald. in dict. l. *data opera*, et Angelus Aretin. in tract. *malefic.* in parte *incendiario*, et dicit Baldus hoc notandum, quia nobiles sæpè habent guerras ad invicem, et faciunt incendia in castris et domibus, et hinc inde damna magna, et enormia; nam pœna capitis est eis, sed ribaldi debent igni cremari, et suspendi. Si tamen incendium fiat extra mœnia civitatum, vel castrorum alijs locis, et sit incendium magnum et dolo malo factum, punitur incendiarius pœna mortis. nisi persona delinquens sit in tali gradu dignitatis, vel status, quod vita debeat ei concedi ex benignitate dispensationis; et tunc debet deportari, l. fin. D. *de incend. ruin. naufrag.* et satis probatur in ista lex. e. Partitarum, ubi etiam quando intervenit vis cum armis ad incendium, generosus, seu in gradu constitutus deportatur: et fortè potest dici, quod ista lex Partitarum limitetur, et restringatur, quando incendium fuit extra mœnia civitatum, vel castrorum, prout dicit Baldus: et quod si fiat in civitate, vel oppido, tunc etiam generosus decapitatur, quando incendium fuit magnum, quia alias esset absurdum tali casu maxime, interveniente vi publica, quod solum deportaretur; et non esset pœna delicto converiens: vide ad hoc l. 1. in princip. et l. *qui dolo*, D. *ad leg. Cornel. de sicar.* Cogita tamen, si verò incendium sit parvum, et factum in civitate, vel oppido, tunc persona vilis debet decapitari, ut in dict. §. *incendiarii*; suspendetur ergo talis furca: si verò sit generosus, seu magna persona, seu in dignitate posita, et parvum incendium, deportatur, ut in dict. l. fin. in fin. si verò sit incendium parvum et factum extra mœnia civitatis, vel castrorum, ubi est minus periculum, tunc si sit persona vilis, debet in metallum damnari, vel deportari, ut in dict. l. *incendiarii*, cum dicit, *aliquo levius*: si verò sit in dignitate positus, et incendium parvum, relegatur, ut in dict. l. *capitalium*, conjuncta dicta l. fin. et tradit Bart. in l. 4. D. *de offic. præfecti vigil.* et Salicetus in dict. l. *data opera*. ubi et Albericus, et omnibus istis casibus emendat damnum, ut tradit Bartolus ubi supra, et Albericus in dicta l. *data opera*: de jure autem canonico, quæ pœna incendiarius teneatur, vide in cap. *cum devotissimam*, 12. quæst. 2. et in cap. *pessimam*, 25. quæst. 8. ubi et habetur de pœnitentia et imponenda Hierosolymis, aut in Hispania in servitio Dei per annum integrum permaneat; et fortè de Hispania dicit, quia tunc temporis capta erat à Mauris. Vide etiam per Hostiens. in tit. *de raptor. et incend.* vers. *et qua pœna incendiarius teneatur*.

(3) *Fijoalgo.* Vide quæ dixi in glossa supra proxima.

(4) *Que lo quemem.* Vide quæ dixi in glossa 2.

(5) *Por ocasion.* Concordat cum l. *si fortuito*, D. *de incend. ruin. naufrag.*

(6) *Fiziesse viento.* Adde l. *qui occidit*, §. *in hac*, D. *ad leg. Aquil.* et ista est culpa levis, secundum Bald. in l. *quæ fortuitis*, in exemplis quæ ponit levis culpæ, C. *de ping. action.*

(7) *El daño.* Et si non sit solvendo, luet in corpore, ut in l. *qui ædes*, D. *de incend. ruin. naufrag.* Cynus, et Salicet. in l. *data opera*, C. *qui accus. non poss.* et adde dict. l. *capitalium*, §. *incendiarii*, in fin. cum Glossa ibi; si tamen incendium veniat culpa lata, tunc damnum emendat, et ultra punitur judicantis arbitrio, sed minus quam si fuisset in dolo, l. in leg. D. *ad leg. Cornel. de sicar.* et dict. l. *si fortuito*; poterit ergo tunc puniri aliqua pœna corporali extra mortem, vel mutilationem membri, vel pœna pecuniaria gravissima, secundum Bald. in dict. l. *data opera*, col. 2. et si fuit culpa levissima, tunc tenetur lege Aquilia l. *in lege*, la 2. D. *ad leg. Aquil.* Salicetus in dict. l. *data opera*.

(8) *Todos los daños, e menoscabos.* Adde l. 1. §. *ex die*, D. *de vi, et l. si de possessione*, C. eod. et l. *si quando*, et cap. *gravis, de restitut. spoliator.*

(9) *Juraren.* Concordat cum l. *si quando*, C. *unde vi*, et cum cap. *fin. de his quæ vi, metusvæ causa fiunt*: et an ista facultas jurandi

transcat ad hæredem, vide per Glos. Bald. et Paul. de Cast. in l. penult. §. fin. D. ne quis eum qui in jur. vocat. vi exim. et per Jason. in dict. l. si quando, col. penult. et concluditur, quod sic, cum limitatione de qua ibi per eum, ubi et videbis per eum et alios alia in materia hujus legis, et per Doctor. in dict. cap. final.

LEY X.—Que pena merece aquel que el por si mismo, sin mandado del Judgador, entra, o toma por fuerza, heredamiento, o cosa agena (a).

Entrando, o tomando alguno por fuerza por si mismo sin mandado del Judgador, cosa agena, quier sea mueble, quier rayz, dezimos, que si derecho o señorío auia en aquella cosa que assi tomo, que lo deue perder (1); e si derecho o señorío non auia en aquella cosa, deue pechar aquel que la tomo, o la entro, quanto valia la cosa forçada; e demas deuelo entregar della, con todos los frutos (2), e esquilmos que dende lleuo. E si por auentura aquella cosa que asi forço, se perdiessse, o se empeorase, o muriesse despues, el peligro del empeoramiento, o de la perdida, pertenesce al forzador (3), en manera, que es tenuto de pechar la estimacion della, a aquel a quien la tomo, o la forço; e esta pena ha logar contra todos los omes (4) que tomaren, o furtaren lo ageno, assi como sobredicho es; fueras ende, si el que lo fiziesse fuesse menor de catorze años (5), o loco, o desmemoriado; o si fuesse padre el que entrasse la heredad de su fijo, o señor que entrasse la heredad del que ouiesse aforrado. Pero qualquier destes sobredichos, maguer non caya en esta pena, tenuto es de desanparar, o de tornar simplemente, aquello que tomo, o entro, como non deuia, a aquellos cuyo era. E como quier quel menor de catorze años, nin el loco, nin el desmemoriado, non caerian en la pena sobredicha, si aquellos que los tuuiessem en guarda, entrassen, en la manera que de suso diximos, o tomassen cosa agena, en nome de aquellos que tuuiessem en guarda, estonce los guardadores (6) caerian en la pena, tambien como si lo fiziessem de otra guisa por si mismos, pechandolo de lo suyo, e non de los bienes de los huerfanos (b).

(a) LL. 1 y 4, tit. 4, lib. 4 del F. R.—Ley única, tit. 30 del Ord. de Alc.—L. 1 de este titulo, y LL. 15 y 18, tit. 15 de esta Partida.—L. 1, tit. 34, lib. 11, y L. 2, tit. 15, lib. 12 de la N. R.

(b) Véanse los capítulos 3 y 6, tit. 13, capítulos 1, 2, 3 y 9, tit. 14, lib. 2 del Código penal de 1848.

LEY X.—Violenter sine iudice rem alienam mobilem, vel immobilem capiens perditus, quod in ea habebat; et si nullum jus habebat, solvit eam cum fructibus perceptis, et ejus æstimationem vim passo; et tenetur de deterioratione et interitu rei, nisi sit pupillus, vel fatuus, qui non ipse, sed ejus tutores, aut curatores eorum nomine vim inferentes tenentur ad prædicta; vel nisi sit pater, patronus servi, qui non ad dictam pœnam, sed ad rei æstimationem tenentur. Hoc dicit.

(1) Que lo deue perder. Concordat cum l. si quis in tantam, C. unde vi, et §. 1. vers. sed ne dum talia Instit. de vi bonor. raptor.

An autem qui vigore hujus legis et dictæ l. si quis in tantam, habet rem, in pœnam violentiæ tutus sit in foro conscientiæ, vel an in tali foro teneatur eam restituere? Bart. in l. si pœnæ, in princ. D. de conditione indeb. dicit, quod sic, quia remanet naturalis obligatio, ut Glossa ibi voluit in uno ex exemplis ad illam legem; et Bartolum ibi sequitur simpliciter Angelus. Paulus tamen de Castro vult contrarium, ex quo lex civilis eum liberat; subdit tamen, quod tutior est opinio Bartoli propter periculum animæ, cap. juvenis, de sponsalibus; contra Bartolum etiam tenet Abbas in cap. novit. de judic. col. 11. ubi

facit mentionem de illo dicto Bartoli; Jason. in dict. l. si pœnæ, non se firmat, sed allegat pro utraque parte. Excusabitur tamen miles à pœna hujus legis, si rem propriam per alium possessam propria auctoritate invadat, si ex præsumptionibus appareat, quod errore ductus hoc fecerit, quia non est illud contra jus naturale, ut patet in §. penult. Institut. vi bonor. raptor. Glossa in l. regula, in princip. D. de jur. et facti ignor. secundum Angelum in l. plagii, C. ad leg. Flav. de plag. et tradit Alexand. consil. 105. volum. 1. incipit, videtur prima consideratione, colum. 1 et 4. requiritur namque dolus, vel lata culpa, ut incurratur pœna istius et illius legis, ut firmat Salicetus in dict. l. si quis in tantam, quæst. 11. ubi Bart. in quæstione de rustico, et milite dixit, non ligari pœna illa probatis præsumptionibus, ex quibus appareat de ignorantia. Adde Angelum in l. 2. §. hac actione, D. vi bonor. raptor. de auferentibus roburium suum de manu ducentis illum, putans sibi licere eo quod ducatur forsitan per exterum, vel incognitum, quod criminaliter non tenetur. Nota etiam quod ad hoc, ut quis privetur jure suo, invadendo rem propria auctoritate, requiritur quod adversarius possideat, unde commodatarius, depositarius, et colonus, non habent conditionem ex lege ista, vel ex illa lege, secundum Gloss. et Doctor. in dict. l. si quis in tantam, et infra in l. sequenti, et adde quod notat Glossa, et ibi Salicetus in l. si servus, C. quod cum eo, unde neque competit ejectio à possessione, in qua erat ex primo decreto, ut in l. infra proxima, et tradit Abb. in cap. 1. colum. 3. de sequast. posses. et fruct.

Et an sufficiat ad pœnam hujus legis occupatio possessionis naturalis tantum, remanente civili apud possessorem? Videtur quod non, quia cum ista lex sit pœnalis, debet intelligi de possessione propriæ, prout est civilis possessio, ut declarat Joan. de Imol. et moderni in l. 3. D. de contrario, D. de acquirend. posses. et tenent Cynus, et Salicetus in dict. l. si quis in tantam, dum volunt, quod ita demum habet locum illa lex in clandestino invasore, si possessor fuerit privatus possessione, quia dominum non admisit, et hoc etiam per ista tenet Socinus consil. 122. col. fin. in 4. vol. incipit, in casu domini Jacobi. In contrarium tamen facit fortiter, quod notat Baldus in l. si quis ad se fundum, col. 5. vers. 3. quæro, C. ad leg. Jul. de vi publica, ubi post Ray. tenet quod primus expulsor, qui fuit incontinenti dejectus, tenetur pœna l. si quis in tantam, licet enim ille, quem primus ejector expulit, non fuerit possessione civili privatus, non potest tamen negari secundum eum, quin fuerit expulsus de naturali; unde expulsus incontinenti recuperans, non perdit beneficium hujus legis, ut et tradit Baldus in l. licet, C. de exceptione. Bart. tamen tenet contrarium in dict. l. si quis ad se fundum, col. 5. et in dict. l. licet, ex quo civilis non fuit amissa; et istud videtur communis, et fortè verius.

Sed ad dejiciens incontinenti suum invasorem, puniatur ista pœna vel alia? Dic quod non, quia facit jure permittente, l. ut vim, D. de justit. et jure, l. quoniam multa, C. ad leg. Jul. de vi publica, tenet Baldus in dict. l. si quis ad se fundum, col. 5. si tamen dejecit ex intervallo, au et perdat jus quod habebat pro damnis sibi illatis extra ipsam possessionem, vide Baldum ibidem, qui vult quod si vellet agere furti, vel vi honorum raptorum, quod possit, quia non dixit sibi jus super damnis, sed super possessione: vide ibi per eum, et dicit Baldus pulchrè in rub. D. de rerum divisione, col. 7. quod ille dicitur occupare, qui sic incipit occupare, quod potest conservare, et possidere, aliàs non dicitur occupare, l. in laqueum, D. de acquir. rerum domin. et si plures simul occupando debellant, victor qui stetit in possessione per tres dies, dicitur occupasse, argumento notarum in l. 5. §. cum igitur, D. de vi et vi armat. ille autem, qui non potest tenere, nisi capiat aliquem locum principalem, non dicitur occupasse, argumento dictæ l. in laqueum, et est argumentum secundum eum, quod si unus tenet ecclesiam, alter tenet campanile, quod est fortalium, quod ille, qui ingressus est ecclesiam, cum de facili potest expelli, non dicitur adhuc habere corporealem possessionem beneficii; si tamen ille alter est ita incastellatus, quod evadere non potest, tunc cum ipse non dicatur tenere, sed teneri, ut apparet ex notatis in l. 1. §. penult. D. de vi et vi armat. dicendum est, illum possessione privatum; quod dicit esse notandum. Item de vasallo occupante rem feudalem possessam à domino, vel à tertio possessore; vide per Bald. in §. si duo, de pace tenend.

Et an ille qui succubuit in petitorio, eo quod adversarius docuit de jure suo, possit agere conditione ex ista lege, vide Abbat. quod sic, in cap. pastoralis, col. 9. de caus. posses. et propriet. et nota, quod non solum potest agi conditione ex ista lege, sed etiam excipi,

glossa penultima in dict. cap. pastoralis: vide tamen ibi Abb. col. 10.

Et an ista lex procedat in rebus Clericorum, vide Abb. in cap. 1. col. 7. de dolo, ut contum. Nota etiam illud quod multum notabiliter dicit Innoc. in cap. cum in officiis, de test. quod ille cui prælatus relinquat aliquam possessionem, etiam jure institutionis, si illam occupat propria auctoritate, quod indicit in pœnam l. si quis in tantam, neque excusatur obtentu testamenti, et est ratio, quia cum penes ecclesiam sit civilis possessio, neque hæres, neque testator potest eam intervertere; e contra verò dicit, quod si ecclesia occupat possessionem, quæ revera pertinet ad hæredem Prælati, quod ecclesia non incidit in aliquam pœnam, et ista dicta Innoc. refert, et sequitur simpliciter Baldus in authent. licentiam, col. fin. C. de episcop. et cleric.

Quid autem in occupante hæreditatem juvenem, vide in l. 1. tit. 14. lib. 3. Ordin. Regal. et de occupantibus castella, vel fortalitia, vide l. 10. tit. 2. lib. 4. ejusd. Ordinamenti, et quando tempore præscribantur remedio hujus legis, et dictæ l. si quis in tantam, vide per Francisc. Balb. in suo tractat. præscript. fol. 57. col. 2. ubi dicit quod triginta annis, et allegat Glos. in l. 1. in princip. in verbo annum, D. de vi et vi armat. cætera in hujus legis materia, vide per gloss. magnam et solemnem in dic. l. si quis in tantam, et per Doctores ibi. Ista quæ sparsim longo studio collegi, hic inserui ad levamen studiosi.

(2) Con todos los frutos. Adde cap. gravis, de restitut. spoliat. ubi et habetur quod violentus tenetur de percipiendis; vide etiam l. 1. §. ex die, D. de vi et vi armata.

(3) Pertenesce el forzador. Concordat l. 1. §. rectissime, et l. meritò, D. de vi et vi armat. Quid tamen si æquè petitura esset apud possessorem? Vide l. si alius, §. est alia, vers. idem ait, D. quod vi aut clam, et vide Bart. et Doctores, signanter Decium in l. quod te, D. si certum petat. et vide quæ dixi in l. fin. tit. 2. Part. 5.

(4) Contra todos los omes. Ergo contra militem et rusticum, cum invadere sit contra jus naturale, ut dixit Glos. in dict. l. si quis in tantam, vide quæ dixi supra in glos. 1. et contra prodigum, licet Glossa in dict. l. si quis in tantam, dixit contrarium de prælato, capitulo, et universitate; vide l. penult. infra eod.

(5) Menor de catorze años. Nota ad id, quod dixit Glossa in dict. l. si quis in tantam, quæ voluit idem esse in proximo pubertati; ista tamen lex videtur velle contrarium. Advertè tamen, quod si minor viginti quinque annis invasit sine dolo rem per alium possessam, putans hoc sibi licere, dato quod incidit in pœnam istius legis, et l. si quis in tantam, poterit tamen petere restitutionem in integrum, Gloss. in cap. 1. in verbo rigor, de dolo et contum. et tenet Bart. et alii in dict. l. si quis in tantam, ubi Baldus post Jacob. de Arena dicit, quod ex quacumque causa etiam levi putaverat minor se posse de jure invadere rem per alium possessam, restituatur in integrum, quasi non intelligatur esse in vero dolo, et tradit etiam Alexand. consil. 105. vol. 1. videtur prima consideratione, col. 1. quem vide in 5. col.

(6) Los guardadores. Adde l. meminere, C. unde vi, et l. 2. C. qui accusare non poss. et l. non est ignotum, C. de administr. tutor. et Gloss. in cap. 1. de dolo et contum. in parte rigor, in fine.

LEY XI.—Por quales razones, aquel que desapoderasse a otro de alguna cosa en que estuviessse apoderado, non caeria en la pena susodicha (a).

Alogando, o emprstando, o encomendando un ome a otro, alguna cosa señalada, como quier quel que la tuuiera en alguna destas maneras, se puede servir, e aprouechar della, fasta el tiempo que señalaron que la tuuiesse; con todo esso, el señorío, e la possession de la cosa, siempre finca (1) en saluo al señor della, porque aquel que la tiene por alguna destas razones, non la tiene por si, mas en nome de aquel que gela dio en guarda, o a loguero. E porende dezimos (2), que maguer el que la auia assi dada, tomasse aquella cosa por si mismo, o otro alguno por el, sin mandamiento del Judgador, a aquel que la tuuiesse del en alguna de las maneras sobredichas, que non caeria en la pena

que diximos en la ley ante desta; como quier que es tenuto de gela tornar, que se sirua della, fasta aquel plazo (3) que le señalo que la tuuiesse, quando gela dio. Otrosi dezimos, que si alguno fuesse metido en tenencia de alguna cosa por mandado del Judgador, por mengua de respuesta (4); o si alguna muger que fincasse preñada (5) de su marido que se muriesse fuesse entregada en la possession de los bienes que fincaron de su marido, porque los tuuiesse en guarda, e en nome del fijo, o de la fija, que tuuiesse en el vientre, o en otra manera semejante desta; si despues que tuuiesse la tenencia, gela tomassen algunos por fuerza, non caerian porende en la pena que diximos en la ley ante desta. Porque ninguno destes, que son assi apoderados en los bienes de otro, non han verdadera possession (6) en las cosas de que son entregados, como quier que ayan la tenencia dellas. Pero el que gela tomasse asi, deuele tornar (7) lo quel tomo, con los daños, e con los menoscabos que vinieren por esta razon. Otrosi, el Judgador le puede poner alguna pena (8) de su oficio, si entendiere que la merece por el atreuimiento que fizo (b).

(a) L. 1, tit. 11, lib. 2 del F. R.—L. 1, tit. 8, lib. 14 de la N. R.

(b) Véase el número 1 del art. 443, y el art. 448 del Código penal de 1848.

LEY XI.—Conductor re locata, aut depositarius re deposita, seu commodatarius re commodata, si spoliatus, non agit ad pœnam legis proximæ, quia non ipse, sed ei locans, deponens, aut commodans, possidet; sed restituitur ei res cum damnis, et interesse, et potest iudex nihilominus spoliantem arbitrariè pro commisso punire. Item prægnans nomine ventris in possessionem missa vel ex primo decreto missus, si spoliatur, non agunt ad pœnam memoratam, sed fit eis restitutio cum damnis, et interesse; et insuper vim facientes arbitrio iudicis puniuntur. Hoc dicit.

(1) Finca. Adde l. malè agitur, C. de præscr. 50. vel 40. annorum, et l. 22. tit. 29. Partit. 5. Alexand. in l. quod meo, in princ. col. 4. D. de acquir. posses. per quem videbis notabilem extensionem in hoc.

(2) Dezimos. Sequitur Gloss. in l. si quis in tantam, C. unde vi, vers. tertio si invado rem quam commodavi, etc.

(3) Aquel plazo. Vide in l. fin. tit. 3. Partit. 5. et quæ ibi dixi.

(4) Respuesta. Habet namque detentionem, non veram possessionem, ut hic, et in l. 1. tit. 8. et in l. 10. tit. 50. Partit. 5. et tradit Abb. in cap. 1. col. 3. de sequest. poss. et fruct.

(5) Preñada. Habet enim detentionem nudam, argumento l. 1. in fin. D. quib. ex caus. in posses. eatur, Glos. in l. si finita, §. Julianus, in gloss. magna, D. de damn. infecto, Bart. in rub. de ventre in possession. mittendo.

(6) Possession. Nota ad ea quæ dixi supra l. proxima, in gloss. magna.

(7) Tornar. Adde l. Aquilius, et ibi gloss. fin. D. de donat. et l. 1. §. ex die, et §. ex interdico, D. de vi et vi armat. et subvenitur istis officio iudicis, vel ex canone cap. reintegranda, ut tradit Bald. in l. eadem, col. 1. vers. sed quid si dominus, C. locati, et vide omnino per Alexand. in l. 1. in princ. col. 18. de acquir. posses. et Socinum cons. 17. vol. 3. col. 3. et 4.

(8) Alguna pena. Adde l. 5. tit. 8. Partit. 5.

LEY XII.—Que pena merece aquel que niega que tiene la cosa arrendada, o alogada, non la queriendo boluer a su señor.

Teniendo un ome de otro alguna cosa arrendada, o en guarda, o de otra guisa qualquier, que la tuuiesse en su nome (1), o por el; si despues desso gela negasse,